tali melius generat nutrimentum q̃ cibus natus ex plãtis natis in terra non naturali. Quod patet quia magis augmentat bonitatem sterilis terre supra quã ꝓicitur q̃ terra mollis vel fimus. Aer cõside ratur in quo nascuntur vegetabilia ex quibus nutrientia capiũtur quia nutrientia ꝓueniẽtia ex plantis natis in bono aere sũt magis longinqu a corruptione. quod patet in herbis q̃ ibi nascuntur que maioris sunt virtutis. Et hoc accidit ꝓpter ventũ qui currit ibi ma gis libere desiccans putredinem plãtarum. Vnde auicẽna in secũ do cañ. vltimo capitulo dicit ꝙ plante nascentes in locis vẽtosis et montanis fortioris sunt virtutis. Vnde vidi montẽ in partibus romanis cuius aer & plante erant tante bonitatis ꝙ animalia mor bosa que ibi recipiebant pastum per spacium tẽporis sanabantur vnde animalia q̃ capiuntur in locis montuosis sunt maioris virtu tis sicut dicit princeps de tyris in sexto. Distantia solis concurrit in generatione plante. nam plante q̃ nascuntur in locis remotis a sole fructus earum nõ tantum durant ymo citius putrefiunt: & ita generant hũiditatẽ magis ꝓpinquaꝫ corruptioni. Quod pꝫ in vi neis que nascunt̃ in quadã parte alemanie & q̃dã pte regni francie quaꝝ vina cito corrũpunt̃ si sup terrã faciãt morã precipue ĩ estate Et hoc accidit quia aqua facta acida in vite non fuit tota transmu tata in vinũ. Et ideo ponit ysaac ꝙ multas ꝓprietates habet vinũ vinosum mixtum cum bona aqua fontina cũ non est sapor extra= neus q̃ vinum aquosum absqꝫ aqua: quia in vino aquoso est aqua acida: sed in vino vinoso nõ: quia aciditas recessit ꝓpter calorem solis. Et forte decoctio vini in nouitate sua suppleret hũc defectũ Quandoqꝫ accidit ꝙ terra calida velut terra sabulosa iuuat hunc defectum solis: sed non multũ. Sed bene patet ꝙ distãtia solis ml̃ tum operatur: quia terre a quibus multum distat sol carent multis generibus plantarũ. s oliuis/ficubus/& granatis. Et vina non per manent velut in regione calida que. io. ãnis aliquando cõseruãtur Genus plante attenditur in hoc quia q̃uis oĩa predicta concurrãt & planta sit mali generis nichil valet. quod patet in quodam ge= nere racemoꝝ quoꝝ grana sunt pulcriora aliis tamẽ vinum quod inde fit breuiori tempore conseruatur nec est eiusdem bonitatis & saporis in generatione naturalis humiditatis. Et sic ex cuchimiis bene digestis ꝓuenientibus ex aĩalibus & plantis potest restaura ri & renouari humiditas naturalis & pinguedo in senibꝰ velut ru sticus carnem bouis senis innouare cõsueuit sepissime. Sed quidã sapientes caldei dicere voluerũt ꝙ humiditas totius corporis pos sit transmutari euacuando veterem & regenerando nouã. Et hoc

dixerunt posse fieri prius potius purgando humiditatē interiorez cum farmacia. & illam que est in carne & cute cū sudoribus quarꝫ vna regeneratur cum cibis euchimiis preparatis artificialiter ad conuertendum quibus sunt admixta que non subiacēt corruptioni. Et sic humiditate carnis euacuata per sudorem & interiori per farmatiam opus vt regeneretur cum predictis cibariis & inunctionibus a corruptione loginquis. Et per subtractionem veteris humiditatis ꝓpinque corruptioni subiaceñ. & per regenerationē bone humiditatis longinque a corruptione innouabitur homo & eius durabilitas longo tempore permanebit. Et hoc antiqui faciebant. & adhuc quidā sapientes caldei vt quidam dixeruut sciūt facere quorꝫ sapientiā ignoro. Et hoc dicitur fuisse factū cuidam captiuo germanico a quibusdā sapientibus in arabia: sed ouidius dicit hoc medeā fecisse cum vno medicamine ex diuersis medicinis cōposito q̄uis illud a quibusdam fabulose intelligatur: & nunc ex his & aliquis predictis pōt patere vestre clementie carissime princeps quare antiq multū viuebāt: quia eorꝫ cibaria generabāt humiditatē naturalē longinquā a corruptione & alia causa erat puritas aeris. Tertia conseruatio regiminis. quarta vsus proprietatum quarūdam rerū q̄ defēdunt naturalē humiditatē cito dissolui quarū cognitio nō peruenit ad grecos. Et sic nūc post q̄ vidimus de cibis & potibus qui naturalē humiditatē q̄ quotidie resoluit̄ restaurant: vidēdum est de hiis que eam defendunt & retardant dissolui.

No de sapientia Caldeorum

De his que naturalem humiditatem retardant resolui & restauratam sincerant ne cito resoluat̄ & calorem naturalem & humiditatē retinent temperatam.



Es que naturalem humiditatem defendunt & retardant dissolui et restauratam humiditatez sincerant sunt tres. quarū vna natat in mari. s. margarita altera iacet in visceribus terre s. auruz. tertia inuenit̄ in visceribus aīalis longe vite. s. os de corde cerui. Et nō solū predicte res naturalē hūiditatē retardant a dissolutione: sed eā & calorē naturalē retinēt tēperatū & ab eorꝫ tēperātia nō imutāt: quia donec calor naturalis & hūiditas naturalis est tēperata i hoīe: calor naturalis tēperat̄ & corroborat̄: qa sanitas & durabilitas i hiis duob⁹ existit. Et hoc ē p̄ceptū q̄d dicit aristoteles i epl'a ad alexādrum. Sed hee res debent sumi electe & preparate: quia in earuz preparatione est totum secretum quod sapientes occultauerunt: & sunt spisse substantie. Ideo sunt terende ad

summuꝫ. Quia filius principis abholay dicit in. ii. cañ. capitulo de iudiciis quarũdam medicinarũ ꝙ omnes medicine spisse substãtie in vltimo sunt terende. Et ꝓprie cũ mea intẽtio est vt ad finẽ pueni= ant elongatõis & ad quartã trãseãt digestionẽ vt ad cor & membra similiũ partiũ. Sed he predicte res indigẽt electione et ꝑparationi bus multis quarũ vna est bona alia melior tertia optima. Sed medi cina q̃ inueniť in aĩali longevite est cartillago que vltra vnũ scrupu lum nõ põderat. q̃ in oĩbus fere animalibus est sanguis. vnde inuẽ tum fuit vnũ de illis aĩalibus tẽporibus nostris in cuiꝰ collo fuit in uẽtus circulus aureꝰ inscriptũ erat. hoc animal fuit proiectũ in hoc nemore tẽpore iulii cesaris Sed hec medicina est. f. & sic. et retardat naturalẽ humiditatẽ dissolui et calorẽ naturalẽ et eius humiditateꝫ retinet temperatã si cũ calidis aromaticis cordialibus tẽpereť. Sed de illa que natat in mari. s. margarite: quidã dixerũt eam esse frigi= dam quidã temperate cõplexionis. vt ysaac filius salomonis loqui tur de ea dicẽs ꝙ sanguinem proprie clarificat cordis et eius gros= siorẽ extenuat et humiditatẽ in oculis coadunatã desiccat valet car diacis et tremori cordis & tymorosis et suspiriosis ex colera nigra patiẽtibus. Et dixerũt alii ꝙ valet epilẽticis & facit vomere sangui nem coagulatum infra corpus ex vulnere vel ex aliqua alia causa si puluis eius sumať in potu. Itẽ dixerunt alii ꝙ si de hac medicina fi at aqua vel aliquo ingenio sit liquefacta curat egritudines proueni entes ex errore quarte digestiõis si ex ea cutis laueť sicut sunt mor phee albe. Sed medicina illa que iacet in visceribus terre. s. aurũ. hꝫ ꝓprietatẽ humiditatẽ naturalẽ a dissolutione retardare et eã in suã retinere tẽperantiã et calorẽ naturalẽ temperatũ in sua retinere tẽ= perantia et distẽperatũ ad suam temperãtiã reducit. Et dicit ysaac in libro de sustentatione artis medicine ꝙ habet ꝓprietatẽ subue= niẽdi defacto stomacho et timorosos et cardiacos cõfortat et est cõ tra melãcoliã allopiciã atqꝫ tyriã. Et princeps dicit ꝙ cõfert dolori cordis & tremori ipsius et ei qui solꝰ loquiť ex malicia anime de no cte: nec est admirandũ si hec medicina que iacet in visceribus terre facit has operationes quia filiꝰ zacharie dicit ꝙ hec res ẽ tẽperata in primo gradu et excedit oẽm medicinã in tẽperãtia & in ea est na tura equalis et recta: nec subiacet corruptõi alicui elemẽtoꝝ & ideo naturalẽ humiditatẽ retardat a dissolutione et nouiter generatã de fendit ne cito resoluať. Et quicũqꝫ gliscit humana corpa conserua re in sanitate que subiacent alterationi sex generum causarum que mutant necessario / querat hanc rem et non aliã que corruptioni et alterationi non subiacet et illa res conseruabit corpa in sanitate. et

aristoteles in libro quem composuit ad preces alexandri hoc dicit Item et sic defendit a festina alteratione et supplet defectuȝ sex generum causarum secundum possibilitatem mensuratarū. Que cause mutant corpora & conseruant secūdū ꝙ in predicto capitulo de causis senectutis declaraui. Et secundum hoc videtur aristoteli. impossibile ꝙ medicine que corruptioni et alterationi subiacent conseruent corpora humana in sanitate & naturalem humiditatem ne cito dissoluatur ante tempus & defendant homines ab accidētib⁹ senectutis & senii ne veniant ante tēpus. & hoc medici credebāt facere cum medicinis aromaticis que subiacent corruptioni. Quomodo ergo corruptū potest reddere incorruptum nonne michi impossibile videtur. Et hec medicina debet esse electa et preparata p̄paratione bona / & tunc facit operationes bonas & cum est p̄parata preparatione meliori tunc facit operationes nobiles. Et cum p̄parata p̄paratione optima tunc facit operationes sublimes & in hoc est totū secretum. Intellige hoc carissime princeps & vsus predictarum rerum naturalem humiditatem et calorem retinet temperatū et defendit tam corpus q̄ humiditatem naturalem & calorem a sua temperantia immutari a causis necessariis male mensuratis: & supplet defectū causarū secundum possibilitatem mēsuratarum. & forte de hac re fuit aqua quā bibit senex agricultor in regno sicilie cuius aratrum obuiauit vasi pleno aque credens illam esse similem aq̄ cysterne propter eius claritatē cū esset afflict⁹ labore et calore auide eā sumpsit & eā totam bibit & mutatus est agricultor senex in equalem complexionem et in etate. xl. annorū in apparentia et factus ē maioris discretionis / & memorie / et intelligentie / et vixit annis. xl. post p〈o〉tū in curia regis sicilie & dixerunt quidam sapientes ꝙ cū predictis medicinis cordialibus debet admisceri crocus et mustus nam crocus producit medicinas ad cor mustus confortat cor & sanat eius tremorem et melancoliam ex solitudine & confortat cerebrum et letificat animū et prestat audaciam et debet vergere ad rubedinem habens formam spericam. Postq̄ vidimus de his que naturalem humiditatem defendūt a festina resolutione et nouiter generatam sincerant & naturalem calorem et humiditatem retinent temperatam videndum est de his que caniciem festinant venire & quedam alia accidentia senii & senectutis.

De cibis & rebus que accidentia senectutis et senii principaliter festinant venire.


Es festinātes canicië et alia senectutis accñtia sunt he/ fructus pisces olera humectātia gña lactis triti cū in aqua coctū pultes potus aque plurime multitudo vsus aque dulcis hec pdicta canicië festināt & alia senectutis accidētia/coitus plurim⁹/fleubothomia plurima et hoc faciunt per viā dissolutionis naturalis humiditatis. Item ebrietas superflua& mulsio alias euulsio capillorum et tāgere cum his que infrigidant sicut oleum sal butyrum/aqua rosacea/aqua sambuci/camphora: hec predicta inueniūtur in auic. ñ. ii. feñ. decorationis capitulo de rebus que caniciem retardant. Effusio aque plurime supra capillos ablutio plurima cū aqua dulci/et camphora/odoramentum aneti frigidi et eius pulueris ablutio plurima cū aqua dulci. Et iō dicit plurima qa rara ablutio non offendit. vnde quidam lauant oculos tantum & faciem abstergunt cum panno laneo dicentes ꝙ talis abstersio faciem clarificat et cum hoc concordat haly regalis in fine regiminis dicēs ꝙ fricatio faciei cum panno mediocri faciem colorat odor sulphuris et eius fumus & fumus argentiviui et arsenici hec predicta festināt canicië et alia senectutis accñtia. habitare in frigidis regionibus & valde humidis minoret vinū et alteret aquā cum melle et vitet omnes cibos humidos generantes fleuma et sit contentus frixis & assatis et que in patella preparantur et assatura absq3 iure et vtatur aq̄ ciceris. Hec omnia predicta dicit rasis in diuisione in capitulo de decoratione capillorū. Item dicit et vincant fleuma ex cibis et medicinis que retardant quedam accidētia. Item auiceñ. dicit in quarto. Nam dum sanguis remanet pinguis spissus calidus viscosus capilli sunt nigri cū ad aquositatem tendit capilli declinant ad caniciem/sed aristoteles dicit in libro quem fecit in sua senectute ad p̄ces alexandri summi regis ꝙ risus facit senectutem festinare. Post q̄ diximus de his que senectutis accidentia accelerant nūc dicam⁹ de his que purgant et consumūt humorem generantem accidētia senectutis et senii,

De his que euacuant et consumunt humorem inducentē accidentia senectutis et senii et canos auferunt.


Mnes sapientes fere qui de medicina tractauerūt in hoc cōcordāt ꝙ oē quod fleuma purgat euacuat humorē inducentē canicië & quedā senectutis et senii accñtia: sed auicē. videt dicere in capitulo de cōplexionibus etatū et generū ꝙ nō solū fleuma gñat supradicta accidentia: sed oīs humor extraneus, & vtrūq3 est verū. Sed

fleuma magis generat hec accidētia. et caniciem q̄ alius humor qa calori naturali obuiat duobus modis vno modo suffocādo alio modo qualitati obuiādo vomitus purgat fleuma faciens accidentia senectutis et proprie post cibum pre ceteris farmaciis: vt auicenn̄. in quarto cañ. in tractatu decorationis et hic vomitus est faciendus semel vel bis quolibet mense et post cibi saturitatem vt rasis in regimine libri almāsoris capitulo de vomitu. Et sic omnes latini cōcordant pigra. G. et pillule de mastice & aloe purgant fleuma faciens accidentia senectutis vt ysaac in capitulo de canicie. Item pigra habet proprietatem purgandi humidos humores absq; humiditatibus naturalibus vt auicen̄. in capitulo de cachecia et secūdum hoc pigra est medicina propria in hoc casu & hoc est intelligendum de pigra in qua nō est laxatiuum nisi aloes et id aloes debet esse epati cum scd̄m q̄ describit ab haly & auicen̄. nā eius attractio nō est a lōginquo: sed cui obuiat. s. stomacho et intestinis & lōginquior loc⁹ sue attractionis est ab epate absq; venis: vt in quinto cañ. de tractatu de yer̄. Sed videt̄ q̄ virtus cuiuslibet gñis rei si dat̄ scd̄m q̄ debet exhiberi faciat supradicta. Nā aristoteles precepit alexādro in sua epistola quolibet mane ip̄m sumere. Nā subtrahit fleuma stomachi et e[?]vira epatis et colorē excitat naturalē & fugat ventositatē. Sed secūdū id quod dicit haly regalis in capitulo de regimine senū videtur q̄ nec pigra nec aloes sit proprium in purgatione humorū inducentium senectutis et senii accidentia cum ipse dicit q̄ senes non sunt purgandi cum medicinis abominantibus sicut pigra sed cum lenibus sicut cum iure gallorum veterum et mirabolañ. & hoc intelligendum est de aliis q̄ de citrinis quia citrini nō purgant humorem festinantem senectutis et senii accidentia sed alia genera mirabo. forte illum purgant humorem. Clistere omne purgās fleuma retardat supradicta accidentia: vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et hoc clistere est ad hoc proprium. ℞. suc. mercurial̄. ebuli / et sambuci / et cola / et iniice per clistere: sed videt̄ q̄ omne solutiuū inducat senectutis accidentia ꝓpter illud q̄d dicit ypocras testāte auicen̄. capitulo de exercitio medicina purgat & inueterat et maiorem partē naturalis humiditatis q̄ est vite substantia de corpore educit. Et hoc est intelligendū cū medicina purgat bonam humiditatem sed non malam et datur illis qui purgationē non indigent sicut sunt sani et forte eleborus niger cum est preparatus purgat humorem facientem accidentia senectutis propter illud quod auicenna dicit in secundo canone. Q̄ de proprietatibus

elebori nigri est q ipse permutat corpus a sua complexione & facit ipsum acquirere complexionem bonam iuuenilem balnei frequentatio ieiuno stomacho consumit humorem generantem caniciem & gargarismata: vt ysaac in capitulo de canis tingeñ.
Item aristoteles dicit in libro alexandi q senes sunt balneādi stomacho ieiuno & aqua tepida: & q melius est vt ipsi recipiāt de humiditate balnei q̄ balneum de humiditate senum: sed balneum trahit humorem ad superficiem cutis. Et ideo videtur q caniciem potius sustinet q̄ retardet. & ideo est vtendum ieiuno stomacho: & post depositionem superfluitatum: vt ypocras in regimine auctorum / triffera facta de mirabolanis nigris emblicis & bellicis ē vna de rebus retardantibus accidentia senectutis: vt rasis in diuisione in capitulo de decoratione capillorum. Electuarꝫ de mirabolanis indis cum zuccara retardat caniciem: vt rasis in libro almāsoris. c. e. Triffera maior & minor facit idem auicenna capitulo. e. masticatio mirabolanorū conditorum fleuma faciens caniciem retardat. Nam auicenna dicit in capitulo de rebus que retardant caniciem q si omni die fit masticatio mirabolanoꝝ conditoꝝ kebulorum cum augmento sui alis numeri nimium conseruant adolescentiam. Hec omnia faciunt mirabolñ. & triffere per viam desiccationis fleumatis. Poma pini calida et humida sunt in tertio gradu & secundum quosdam in secundo & hoc est in paruo. Sed magnum est equale ad caliditatem declinans & eius humiditas augmentatur. Habet enim ꝑprietatem desiccandi humiditatem corruptam que est in corpore & acquirit humiditatem bonā & impinguat ipsam & corpus debilitatum confortat ꝑdest tussi & humiditatibus pulmonis putrefactis et abstergit humiditatē renum & vesice & lapidem ꝑuocat: & est medicina senum & cōfortat eos qui frigidam & siccam complexionem habent et debet sumi in cibis. ʒ.i. & femine sunt masculis meliores & recentes sunt sumēde quia inueterate nichil fere valent. Et est mirabile de hac re: quia est cibus et medicina. cibus quia naturalem restaurat humiditatem: medicina quia predictis egritudinibus valet. Confectiones que abscindunt materiam fleumatis sunt omnes ille in quibus ponitur scoria ferri. Sed meliores sunt in quibus ponitur aurum vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et sic aurum habet proprietatem abscindēdi materiam fleumatis medicina cuius minera est planta. s. lignum aloes indicat superfluam cōsumit humiditatem generantem senectutis accidētia de qua loquit̄ princeps dicēs q est calida & sic. i secūdo qđ ipē estimat est subtile opi

lationes aperit frangit ventositatem & confortat viscera & prohibet iram remouet superfluitates humiditatum facit odorē oris bonum: confortat neruos: & acquirit eis humiditatem subtilem: confert cerebro: & confortat senium: confortat cor & letificat ipsum: remouet humiditatem putrefactam stomachi et confortat ipsum: & in ipso est virtus constringens vrinam & dissinteriam melancolicam. ysaac de ea loquitur dicens omnia interiora membra cōfortat: corporis superfluitatem expellit: opilationem epatis aperit fluxui & defectioni vesice repugnat. Medicina que vegetatur habet ꝓprietatem confortandi/dissoluendi/extinguendi mundificādi & consumendi: confortat cor & omnia principalia membra dissoluit/extinguit/mūdificat/& consumit superfluum fleuma & melancolicam vbicunqꝫ sit in corpore precipue stomachi & cerebri: & in libris cuiusdam latini inuenitur ꝙ quedam regina scripsit alteri regine ꝙ vsus huiusmodi rei preseruat hominem a senectute & canicie & valet melancolicis & cardiacis & inuenitur ꝙ indorꝫ rex scripsit alteri regi ꝙ carior thesaurus quem habebat in suo regno erat hec planta. Et dicitur ꝙ inde fit oleum quod caniciem & accidentia senectutis retardat: sed qualiter istud fiat nō inueni: cōfortat visum. Et ideo dicitur ꝙ hec medicina vegetatur in aere quia absqꝫ aere incrementum non recipit ꝙ patet ī rosis que sub terra in vere reflectuntur vt in hyeme possint cōseruari. Et ꝓprietas istiꝰ rei vltra annū nō permanet & crescente luna crescunt illius plātē flores/& decrescente luna decrescunt & cadunt flores: & vere ante descensum solis sunt penitus colligendi. Aliter suam virtutem cōpletam non habent. Et medicina cuius minera est plāta in die est conueniens in commixtione predicte rei. Suffumigationes odorifere temporibus tamen congruis faciem clarificant & accidētia senectutis retardant: vt ait aristoteles in epistola ad alexandrum.

Dictum est de his que purgant & consumunt humorem facientem et accelerantem accidentia senectutis. Nunc dicendum est de his que conseruant iuuentutem in capillis & canos tingunt: & eos faciunt cadere & loco eorum nigros renasci secūdum ꝙ in libris sapientum inuenitur absqꝫ experientia dicam. Omnia olea calida conseruant iuuentutem in capillis et caniciem retardant: & ꝓpria sunt ad hoc oleum de costo oleum de nigella: vt auicenna in texto in tractatu de oleis & in quarto de his que caniciem retardant & si detur in potu oleum costinum retardat caniciem vt r. F in libro almasoris. Oleum de oliuis immaturis siluestribus conseruat capillos & ꝓhibet velocitatem caniciei si administratur omni die vt

auicenna in secundo cañ. capitulo de oliuis lauatio cum oleo & aq̃ qua retardat caniciẽ: vt aristoteles in fine libri de aialibus. Et si oĩa olea calida retardant caniciẽ ergo oleũ balsami et oleũ benedictũ quod fit de lateribus. Post q̃ vidimus de his que cõseruant iuuẽtutẽ in capillis et caniciem retardant. Videndum est de his que canos cadere faciũt et loco eorum nigros renasci: de quo loquit̃ princeps abohaly in quarto cañ. capitulo de rebus que caniciem retardãt dicens de his que experta sunt his q̃ fuerũt ante nos et experta sunt tempore nostro est potare dragagantũ rubeum albacalay pondus. ʒ. i. ip̃m eñ depilat canos et facit loco eorũ capillos nigros renasci verũtamen non tolerat illud nisi qui habet forte corpus & humectatũ et oportet q̃ administretur post illud quod mũdificet pulmonem et humectet ipsum. Sed ysaac dicit q̃ si borago cũ aqua & zuccaro coquit̃ vel melle et det̃ in potu canales pulmonis mundat. Itẽ spica celtica cũ vino bibita sepe pectus et pulmonem mũdificat & multa que in libris medicine scribunt̃ pulmonẽ mũdificant. Itẽ legitur in quibusdam scriptis hermetis q̃ est quedam herba similis maiorane cuius folia sunt celestis coloris et sunt rotũda vt denari⁹ et crescẽte luna crescit eis vnũ foliũ & decrescẽte luna eiicit vnũ folium successiue et remanet nuda et nascit̃ in montibus & rupibus & fluuiorũ et eius flores citrini sunt et dicit̃ ibi si quis receperit de hac plãta ad pondus vni⁹ lentis et tantũdem de sypi et clauserit in vase per. iii. dies et de ip̃o biberit cũ lacte vaccino per aliquos dies pro cibo pilli eius cani cadũt et nigri loco canorũ renascunt̃ et homo iuuenescit Sed hec predicta non sum expertus. Sed potest hoc accidens ad tempus cum tincturis remoueri. Et qualiter illud sit in libris medicine inuenitur.

De his qui calorẽ naturalem debilitatũ ex naturali cursu nature et resolutiõe naturalis humiditatis & ex augmento extranee confortant et restaurant.



Multa relegi volumina sapientũ et pauca inueni medicamina q̃ naturalẽ calorẽ debilitatũ et resolutum ex resolutione naturalis humiditatis & augmento extranee vel ex aliqua alia cã cõfortarẽt et restaurarẽt. Sed quidã sapiẽtes fecerũt tacite mentionẽ de quadã medicina q̃ egredit̃ de minera nobilis aialis asserẽtes q̃ illa calorẽ naturalẽ cõfortat et restaurat & res illa assimilat̃ vni rei soli tm̃ in oibus suis naturis et dispositõibus sane adolescẽtie equalis cõplexionis in corpe toto & signa tẽperate et equalis cõplexionis et sunt hec qñ calor est cõpositus ex albedine et rube-

dine et capilli sunt flaui declinãtes ad albedinẽ et crispitudinẽ tẽperate sc͂dm plurimũ et caro eius est tẽperata qualitate et quãtitatẽ et ipsius somnia delectabilia habẽs faciẽ hylarẽ et iocũdam et erit tempata in desiderio comedẽdi & bibẽdi res illa que huic rei assimilat̃ est tẽperate caliditatis et eius fum⁹ est tẽperatus et suauis. quod ipse tactus testat̃ qm̃ est suauis et gratus tactui: nam res illa ideo tẽperate calefacit quia est tẽperate calida: & ideo sanat quia est sana & cũ est egra egrotat et cũ est distempata distẽperat et cõuertit corpus ad dispositionẽ suã propter similitudinẽ quã habet cũ corpore humano: nã infirmitas bruti aĩalis nõ transit in hoĩem sed in aliud aĩal eiusdẽ gñis: sed infirmitas hoĩs in hoĩem trãsit et sanitas intellige hoc carissime princeps: quia in hac re est totũ secretũ. nam ga. dicit ꝙ quicquid de qualibet re dissoluit̃ necesse est vt alteri assimilet̃ sicut patet in morbis trãseũtibus de vno in alterũ sicut est infirmitas oculorũ et cet. et morbi pestilẽtiales nec est res que huius rei proprietateꝫ habeat quia non solũ humana corpora reddit magis longinqua a corruptione cuꝫ quibus proportionatur sed corpora plantarum retardat a putrefactione et res illa raro inuenitur & licet aliquando inueniat̃ nõ potest ab omnib⁹ commode haberi et ideo vsi sunt sapientes loco eius medicina que iacet in visceribus terre completa et preparata et illa que natat in mari: licet differant inter se. Cum vero illa res assimilatur calori naturali sane adolescentie tẽperate complexionis facit operationes bonas. Cum vero assimilatur sane adolescentie temperate complexionis facit operationes nobiles. Cum vero assimilatur calori naturali sane adolescentie tẽperate complexionis in corpore toto facit operationes sublimes et in hac est proprietas quam dixi. Nam hec differt a medicinis & metrimentis tẽperate calefacientibus & humectãtibus que senib⁹ conueniunt. nam ille medicine omnes principaliter calefaciunt & humectant corpus. Secũdario calorem naturalem: sed hec medicina principaliter calorem naturalem secundario corpus. Nam proprietas huius rei est calorẽ naturalem senũ et seniorũ cũ declinant ad frigiditatẽ et siccitatẽ reducere ad caliditatẽ & humiditatẽ temperatã absqꝫ aliquo nocumento et hec est propria medicina stomacho si cum eo cathaplasmet̃: nã ipsum cõfortat et appetitũ excitat et senẽ qui est in potẽtia ad iuuẽtutẽ reducit et corruptas cõplexiones rectificat. Et multi sapientes locuti sunt de re q̃ illa assimilatur sed illã tacuerũt sicut galienus in libro simplicium medicinarum & salomon in lege Io. damascenus in suis amphorismis. Sed nota coitus destruit omnino predicte rei proprietatem & forte hec ẽ me

dicina de qua loquitur filius principis in secundo cañ. de opera-
tionibus simplicium medicinarum vbi dicit. est medicina que po
nit et diuidit omnem complexionem ad partem quam meretur.
Sed quidam sapientes rescripserunt ꝙ quedam sunt medicamina
et nutrientia que calorem naturalem debilitatum confortant et re
solutum restaurant. Quorum vnum est vinum vinosum/mixtũ in quo
sunt ꝓprietates hee de quo loquitur galienus in expositione illi⁹
anfor. alices et oscitationes dicens vinum ana temperatum totum
corpus calefacit membra perforãs humores temperans calorem
naturalẽ excitãs. Et dicit ꝙ tantũ ponatur de vino q̃tum de aqua
& hoc intelligendum est de vinosiori vino quod reperitur. Sed ha
ly regalis loquitur in capitulo de regimine sanitatis vbi tractat de
regimine potus dicens. Si quis vtitur eo iuxta modum et tempore
quo oportet confortat calorem naturalem & extendit ipsum per
totum corpus et temperat humores colericos purgans per sudorẽ
& vrinam et mollificat naturam humectans membra dura quibus
accidit siccitas causa caloris superflui. Et confert gaudium/et leti
ciam/& melancoliam mitigat. & dicit ꝙ debet bibi album et sub-
tile mixtum cum multa aqua & ꝙ cauenda sunt vina acuta et vete
ra: et si necesse est ꝙ id bibatur sit temperatum aqua suaui & sapida
et stet sex horis anteq̃ bibatur. Ham ysaac in dietis particularibus
de vino vinoso commixto loquit̃ dicens vinum cõmixtum corpo
ra calida infrigidat & frigida calefacit & sicca humectat & humi-
da desiccat & facit contrarias operationes: vnde antiqui assimila-
uerũt ipm tyriace magne: quia cõperuerunt eũ habere duas cõtra-
rias virtutes. Sed ꝙ p spaciũ sex horarum debet stare ideo dixi ꝙ
si statim bibit̃ ex pluribus rebus nõ fit res vna operans secundum
ꝓprietatem rei vnius. Vino vinoso debent esse hee proprieta
tes color/odor/sapor/substãtia. & post annũ debet exhiberi. color
debet esse citrinus: sed haly supra tegni & aui. dicũt ꝙ rubeum est
eligẽdũ. Et hoc intelligendũ est in senibus & i fleumaticis hoĩbus
Sed odor debet esse aromatic⁹ in substãtia clarũ & i sapore nec dul
ce nec amarũ: sed ponticũ et in hoc concordãt similiter ꝙ debeat
mixtũ esse cũ aqua fontina cui nõ sit sapor extrane⁹. & ysaac videt̃
dicere ꝙ p⁹ annũ icipit bonitas vini sꝫ nulli⁹ loquit̃ de spacio tp̄is
ei⁹ cõmixtiõis nisi haly regalis de vĩo veteri i p̄dicto cap̄. & pꝫ ipꝫ
bñ dicere qa nisi sit p spaciũ tp̄is cõmixtũ dr̃ qa vnũ ab alio i deco
ctiõe stomachi sepat̃ & qđ ẽ igneũ ascẽdit sursũ & qđ ẽ terrestre/de
orsũ remanet i stomacho qđ pꝫ p vas vitreũ plenũ vino rubeo po-
situm in vase pleno aqua: ita ꝙ aer ingredi nõ possit: sed de discor

dantia predicta sapientum de colore & quo tempore sumi debeat non est mirandũ quia diuersitas terrarum fecit hoc quia virtus plãtarum variatur secundum diuersificationem locorꝫ & ꝓuinciarum vt haly supra tegni sexto vbi loquitur de castigatione medici. Sed aristoteles loquitur in libro quem fecit alexandro dicens ꝙ vinuꝫ valet hominibus abundantibus in humiditate et fleumate. Et nocet iuuenibus & calidis: sed rubeum generat plus de sanguine q̃ album & laudabilis est omni vino & valet omnibus complexionibꝰ Et id est quod nascitur in terra extensa inter montes & vales cuius racemus est bone dulcedinis maturitatis perfecte subtilis aeris. quod non vindemiatur donec fuerit ab ipso egressa fortitudo sue substantie corticis cuius color est aureus. s. medium inter rubeũ & citrinũ sapor acutus pungitiuꝰ delectabilis & clarꝫ quãdo tale existit sumatur de ipso temperate iuxta etatem corporis & temporis qualitatẽ: qa cõfortat stomachũ et calorẽ corrobotat natalẽ/ iuuat digestionẽ/ cõseruat corpꝰ a corruptiõe & ducit cibũ purificatũ ad oĩa mẽbra decoquit cibũ in eis donec cõuertit ipm̃ i sanguinẽ. Itẽ cor letificat et linguã reddit expeditã & audaciã p̃stat & multa alia bona facit. Itẽ si in magna q̃titate sumatur facit his contraria. s. obscurat intellectum: & impedit sensum & cerebrũ & debilitat virtutem naturalem: generat obliuionem: & ledit oẽs quinqꝫ sensus: et fugat appetitũ: & debilitat iuncturas: generat tremorem membrorũ & lippitudinẽ oculorum: & denigrat sanguinẽ cordis quare accidit timor & tremor & debilitas genitalium & destructio seminis. Et quod deterius est lepram inducit. Et sic vinum imitat̃ naturam serpentis de quo antidota conficiuntur: quia graues infirmitates curant: & tamen omnibus notum est ꝙ venena mortifera in se gerunt.

De his que virtutes & sensus reparant & confortant & iuuentuten conseruãt & vires restaurant.



Onnulla inueni medicamina in sapientũ libris virtutes et sensus confortantia. Sed qđ releuaret virtutes & repararet sensus debilitatos ex senectute & senio non inueni medicamẽ nisi vnum quod est de genere repentiũ. Repentium autẽ genera sunt multa. Sed tria ex his cõueniũt microcosmo. Cognitio aũt ꝓprietatis vnius non peruenit ad grecos nec ad nos: sed ad ethyopes tm̃ ꝗest dracho. Sed cognitio ꝓprietatis alioꝝ ad nos ꝑuenit et est tyrus qui appellat̃ ab auicẽna in quarto & in quĩto can̄

vipera. Alius est coluber: sed haly et auicēna rescribūt de viperis dicentes vipere sunt serpentes habentes capita plana q̄ sunt lata: & ad ꝓpinquitatem colli minuti subtiles valde quoꝝ caude sunt curte strepitū & sonitum facientes in incessu & debent capi cū est finis veris et incipit estas. De supradictis nō conueniunt nisi flaui & de flauis femīe Et eoꝝ signum est ꝙ masculi ex communi latere habent vnū dentem & femine plures vno. Et oportet vt alienētur cornute et varie & aspides & declines ad albedinem & non capiā tur ex piscinis & lictoribus fluuioꝝ & aquarū marinū neq; petrose quia in eis sunt quercine facientes sitim ymo capiant̄ in loco longinquo ab humorositate nec capiant̄ ille q̄ sunt debilis motus habentes caput eleuatum. Et oportet vt non morent̄ cum capiūtur si possibile est quin preparent̄. Et oportet vt abiiciātur a parte capitis & caude quattuor digiti. Et si eius motus fuerit plurimꝰ & sāguis plurimus & mors ipsius tarda erit electa si contrariū erit mala. Deinde eiꝰ viscera extrahant̄ & ꝓprie fel ipsius & abluatur pfecte cū aqua et sale et decoquat̄ cū aqua et sale donec possint separi carnes ab ossibꝰ Deiñ terāt̄ in mortario carnes & īforment̄ trocisci & iungātur cū oleo balsami & desiccent̄ in vmbra: & caue ne cadat sr̄ eos radius solaris nec ante desiccationē nec pꝰ. Nā sol expolliat eos a virtute sua & a ꝓprietate interficiēte venena q̄ sunt ex morsione & bibitatiōe. Auicēna in quinto dicit hec p̄dicta. Item in capitulo de lepra dicit ꝙ eligat̄ mōtana & precipue alba & dettuncet̄ caput et cauda vice vna. Item haly regalis in vltimo sermone suē practice dicit ꝙ vitent̄ q in domibꝰ habitāt & in salsis aquis. Et eligantur adolescentes in quibus subrubeus est color vel declinans ad rubedinem quoꝝ capita sunt lata: quia est signū bonitatis eoꝝ Item in capitulo de lepra dicit ꝙ potest sumi de trocíscis eoꝝ a dimidio exagio vsq; ad vnum cum .3o.ʒ. vini ariani. auicenna dicit cum vino rubeo: sed vinū arianū est forte. Postq̄ dixi de eiꝰ electione et preparatione dicendum est de eius ꝓprietate. Sed haly regalis in secundo sermone sue practice dicit. si carnes tyrie comedantur ab eo in cuius corpore sunt superfluitates purgant membra interiora a superfluitatibus & ducunt ad cutim & ad exteriora per sudorem: vel p pediculos: vel per excoriationē valent morsibus venenosoꝝ aīalium & letalibus potationibus ꝓsunt humoribꝰ grossis ex quibꝰ sunt lepre et morphee. Haly supra tegni sextū loquit̄ de hac re supra illud verbum ꝙ virus venenosoꝝ animalium curant in expositione illa. Galienus dicit ꝙ si aggregatur medicina faciens euadere & medicina aromatica stiptica non est aliquod me

lius in confortatione membrorum interiorum & q facit euadere corpus ex malicia chimorum. Et dicit q illa medicina faciẽs euadere est de genere venenorum/& dicit q digerit & purgat. Sed oportet q misceatur aliqua medicina que auferat partez nocumẽti quod remansit in preparatione predicte rei que est de genere venenorum. Sed ad illud nocumentum quod remãsit ex venenositate valet cassia lignea. zedoaria cortex citri. Item auicenna mentionem facit in secundo cañ. de serpente sed non exprimit vtrum loquatnr de tyro vel colubro & loquitur de eius ꝓprietate dicẽs caro serpentis cum in vsu habetur facit penetrare omẽs superfluitates ad cutim et ꝓprie cum homo non est mundificatus. Item dicit ꝓlongat vitam: & confortat virtutem: & conseruat sensum & iuuentutem: & exsiccatio eius est fortis: sed calefactio non est vehemens Item confert lepre magnifice Item ꝓhibet augmentationem scrophularꝫ. Item confortat doloribus neruorum & confortat visum Item in quarto de dispositione virtutis visibilis dicit q vsus carnis eius conseruat sanitatem oculi in vltimo. Sed latini secunduꝫ q michi videtur loquũtur de colubro dicentes q valet ydropicis spleneticis defectum visum vel auditum habentibus et virtutes omnes reparat: valet leprosis & omnibus infectis & acutis egritudinibus: et est senibus medicina ꝓbata. Et filius principis abohaly dicit in capitulo de lepra q homo debet cessare ab administratione huius carnis cum incipit pati seotomiam & ventris inflationem et non debet exhiberi in predictis egritudinibus nisi admisceatur aromaticis stipticis habentibus proprietatem contra illas egritudines quas intendimus curare et eius commixtio tam diu ꝑmaneat donec perfecte fermentetur. Et quantitas specierum aromaticarꝫ excedentium secundum gradum debet eẽ vna ps carnis et sex partes specierum aromaticarum. Et hoc est cum debet sumi a calida complexione vel calido tempore vel calida egritudine Sed in frigido tẽpore et egritudi ne et cõplexione vel etate debet esse vna pars carnis et. io. specierꝫ aromaticarꝫ plus vel minus secundum frigiditatem. et dixerunt quidam q caro illa nõ debet apponi nisi quousqꝫ ascendit sol & forte de genere repentiũ fuit exhibitũ cuidam domino de germania tẽporibus nostris dum accidit q due sorores simul erant: quarũ vna erat pulchra et alia formosa: sed formosa erat apud omnes gratiosa et pulchra mota inuidia obtulit alteri ꝓ veneno quod nascitur: et sic ceciderunt capilli vngues et corium et fuit passa fortiter: et cũ esset etatis. 30. annorꝫ facta est in apparentia vingiti annorꝫ: et cum eius capilli essent ni

gri facti sunt flaui & facta est complexionis equalis et composita facta est ex albedine et rubedine.

De his q̄ aīalem excitātvirtutē et corpa cōfortāt et motū alleuiant

O Mnes sapiētes qui de regimine tractauerūt dicere nō cessant q̄ senes et seniores inūgēdi sunt cū oleo mane cū a sō no surgūt. Vt haly regalis hoc dicit de regimie senū & qualiter hec inūctio fieri debet sapiētes discordāt: nā fili⁹ principis dicit in.ii.capitulo de oliuis q̄ oēs species olei corpa cōfortāt & motū alleuiāt. Et sic nō pōt esse q̄ vnū oleū nō sit alio fortius. Sed haly regal.dicit in regimine senū q̄ senes sunt inūgēdi cū oleo squillitico et viol' mixtis cū oleo camomillino et aneti. Sed aristo.dicit in libro alexādri q̄ deb₃ fieri inūctio cūvnguētis odoriferis mane tpibus tñ cōgruis/vt in hyeme et autūno cūvnguēto de mirra cōfecto cū succo herbe q̄ dicit̄ bleta. Et in estate et vere cūvnguēto cesarino cōfecto de sandal' et succo enlec Et hoc dicit in capitulo de balneis/sed nō docet ibi qualiter hecvnguētia debēt fieri. Et audiui q̄ dicebat captiuis germanicus qui lōgo tpe in captiuitate fuerat q̄ sapiēs post minutā scarificationē inunctus fuit oleo balsami et forte fuit aliud oleūvel aqua aurea. Et de omni oleo pōt fieri vnguētū et de omni pinguedine potest fieri oleum. Et custos nemoris qui rem inuenit facientem albam carnem domine inunctus fuit cum vnguento domine etvixit annis multis. Et auic.dicit in capitulo de laxitudinevbi loquitur de balsamo q̄ omne oleum debet confortari cum ceravt tāto tpe ipm retineat q̄ suā cōpleat opationem

De his que induunt cutim pulchritudine iuuenili et mundificatione et rubedine et que cutis auferūt corrugationem & cetera

O Mne qđ mouet sanguinē et spiritū ad cutim induit eā pulchritudine iuuenili et mūdificatōe et rubedine & iuuat ip₃ illud quod abstergit abstersiōe subtili et leui ponēs cutim subtiliorē & detegit ab eo illud qđ est mortuū sup faciē eius detectione subtili et leui et ,pprie si fuerit in eo tinctura. Et indiget cū hoc toto cautela a calore et frigore & vēto et moueť sanguis & spūs ad cutim trib⁹modis p regñationē boni sanguinis et ,pprie subtilis; Et p mūdificatiōnē ei⁹ & p espāsionē et dilatationē eius. Res gñantes bonū sanguinē sunt euchimia.scđm plurimū inter q̄ est vinum subtile et ce.velut ysaac p̄cipit et panis de symila equaliter fermētatus et bñ coct⁹et oia cibaria euchimia dūmō sint secūdū q̄titate₃ digestiōis qa digestio est radix gñatōis boni: chimi & sanguis boni: vt.G.in tegni & auic.in.iiii.in capitulo de his rebus et ce. Item gñant bonū chimū ea q̄ coopta coquūť absq₃ aq̄ et assata absq₃ iure

a qua au

Sanguis namq; bonus cum generatur multiplicatur et consequitur ipsum omnis loc⁹ et mouet ipsum ab interioribus ad exteriora sicut est ius cicerum vinum & lac mulsum nouiter bibitum ieiuno stomacho et est expertum: vt dicit auicenna in quarto cañ. Sed haly in fine primi sermonis sue practice dicit q̄ vinum bonum bibere et carnes assidue comedere bonum colorem facit. Res mundificantes sanguinem sunt he: triffera sarracenica mirabol' conditi, & latini dixerunt q̄ idem facit cassiafist. sed margarite sanguinem cordis proprie clarificant et mundificant ac ipsum confortant: vt ysaac in gradibus. Res dilatantes sanguinem & spargentes ipsum ad exteriora sunt multe. quod duobus modis fit. Quorum vnus fit cum rebus assumptis per os / sicut piper / zizinber / et gariofili / & crocus tingit sanguinem et proprie in vino coctus. et dosis eius est. ʒ. i. et sicut est assumere ysopi. ʒ. iii. et cc. ʒ. ß. et potetur cum zuccaro. Alius modus fit in operationibns et affectionibus anime sicut gaudium et leticia et que faciunt mouere risum et musica instrumenta audire et cantilenia et sedere cum sociis animum delectantibus & respicere res animum delectantes. et vasa preciosa et celum et stellas et vestimentorum indui varietate, ludis delectari et de inimicis consequi victoriam et suam fiduciam complere et cum dilectis ratiocinari: vt aristoteles in epistola ad alexandrum. Nam hylaris anima vigorem viribus tribuit et letari facit. Et naturam excitat: & in suis adiuuat actionibus: vt rasis in almasoꝝ. capitulo de anime cogitationibus. Et res que adiuuant hoc totum de foris cum attractione et abstersione subtili sunt liniamenta abstergentia. Sed liniamētorum quedam abstergunt abstersione grossa quedam abstergunt abstersione subtili: sicut lauationes et inūctiones que auferunt veterem cutim et detegunt quod est subtile et faciunt viam spirituum ad penetrandum ad superficiem cutis. Sed cause inficientes cutim sunt multe: quedām sunt intrinsece, quedam extrinsece / humores inficientes sanguinem. vt in ycterícia. Et sicut opilationes accedentes in membris interioribus. Nam predicte res inficiunt cutim et potest auferri hec infectio cum his que in suis propriis capitulis inueniuntur. Sed ex rebus extrinsecis facies inficitur scilicet a vento frigore et calore: nam ista aliquando nigram et sepe turpem et corrugatam cutem reddere consueuerunt. Sed qualiter cutis a predictis incommodis defenditur et qualiter postquam venerint possint remoueri sapientes docent. Dicit auicenna in capitulo de rebus colorem facientibus bonum / custoditur cutis a sole frigore et vento si liniatur ex albumine oui et aqua gummi.

Item sumatur grossum simile et infunde in aqua deinde cola et misce cum equali mensura albuginis oui & cutis illiniatur & locumenta que imprimuntur ab eis causis remouentur & cum liniamentis. Et hoc est liniamentum quod ponit rasis in capitulo de pulcritudine quod facit redire cutim ad naturalem dispositionem; cum eius color est mutatus ab aliquo accidenti. ℞. farinam fabe lenticule ciceris lupini amigdalarum dulcium excorticatorum dragaganti masticis hec omnia cribra & tere subtiliter & confice cu[m] lacte dulci et cathaplasmetur; & sic dimitte die ac nocte/deinde laua cum aqua decoctionis furfur[is]. deinde itera donec cutis reducatur ad id quod in sua prima dispositione fuit. Sed si corrugatio euenit ex aliquo predicto accidenti in cute fiat id quod sapientes p[re]cipiunt. dixerunt quidam q[uod] balsamum mixtum cum oleo laurino inunctum aufert cutis corrugationem. Hec medicina consumit innaturalem humiditatem corporis et humorem generantem senectutis accidentia & confortat sensum et omnia principalia membra corporis & consumit flegma et melancoliam vbicunq[ue] sit in corpore et clarificat sanguinem cordis & confortat ipsum. ℞. medicinam que in aere vegetatur et illa cuius minera est planta indica ana. ʒ. iii. Et medicinam que natat in mari. ʒ. ii. & que egreditur de minera animalis longevite. ʒ. i. cc. musci. an̄. ʒ. ß. zuccare ad pondus omnium vtere in cibo antidoto in estate; sed in hyeme adde gar[iofilorum]. macis nucis muscate. ʒ. ii.. Quod est in quarto gradu temperatum est aurum Res que natat in mari est margarita. quod in aere vegetatur est anthos qui est flos roris marini Quod a mari proiicitur est ābra q̄ est sperma cete. Planta indica est lignū aloes. quod est in corde animalis lōge vite est os quod generatur in corde cerui. quod est esca syrorum est tyrus de quo fit tyrraca. Repēs quod ē esca ethyopum est dracho Minera nobilis animalis est multiplicatio speciei & spirituū et calorum p[ro]prie speciei receptis a speculis.

Minera nobilis animalis est iuuencula temperata in calore & carnositate formosa/munda/non sudans/nec olens applicata stomacho pro confortatione caloris naturalis non ad vsum veneris.
℞. anthos ligni aloes. an̄. ʒ. iii. margaritarū. ʒ. ii. ossis de corde cerui. ʒ. i. croci musci. an̄. ß. ʒ. zuccare ad pondus omnium terant[ur] subtilissime margarite; & os de corde cerui et alia terantur mediocriter fiat puluis.

Aperientia opilationes cerebri

Flos azedrac est arbor/ omniuȝ gariofil/suffumigatio/nota magna vendere lentiscus/nux musc./odorifera/ȝeni maiorana catacube secundum quosdam.

Aperientia opilationes colatori cerebri
Piretrum nigella acetum


Augmentantia intellectum.
Caro aduraȝ emblicus caro gallinarum que sunt pulle.

Conferentia sensibus et rationi
Kebuli ambra
Conferentia rationi tantum
Aloes persicum
Conferentia sensui
xiloaloes kebuli ambra tirus repens.
Subtiliantia intellectum
loquela auis sacrate ad collum suspensa synapis bibita ieiuno
Conferentia oblimoni
loquela auis sacrate.ȝinȝ.sucis augmentum muret assara et est flos habens quinqȝ colores in conseruatiōe memorie qui humidirates cerebri consumit et stomachum et epar confortat.
Ledentia intellectum et rationem
mel acre/opiuȝ/cepe omnia cibaria fumosa omnia melancolica et valde fleumatica repletio ex cibis et humiditatibus/omne nacorticum secundum magis & minus

Nocentia memorie.

Sufflatio ventorum/ebrietas/& repletio superflua/omnia stupefacientia. Cibaria facientia longam moram in stomacho. Omnia cibaria grauātia. Dormitio multa in meridie/ et proprie post repletionem/superfluitas vigiliarum et multiplicitas aque.

Explicit.



Pour Glaude Iaumar & Thomas Iulian,





